die mensis, vt fama est, perpotasset apud Eumenem, deinde sentata crapulam edormierit, neque plus illo die vixerit, quàm vt surgeret, & ducibus de crastina profectione mandata daret, inquiens eam summo mane futuram. Septima deinde die epulatus est apud Perdiccam, qua se rursus vino ingurgitauit, & octaua dormiuit. Et décimoquinto die eiusdem mensis, iterum indulsit vino, & sequenti sol eo more crapulá somno decoxit. Vigesimo quarto coenauit apud Bagoam. Distabat à regia Bagoæ domus stadiis decem, pòst * tertio dormiuit. Ex duobus igitur alterum sit oportet ť aut, quòd Alexander magno nocumento sibi fuerit, tot diebus potando consumptis: aut quòd qui hæc tradiderunt, mendacia dixerint. Ex quibus colligi potest, eos in reliquis * itidem à veritate deflectere, in quibus Eumenes Cardianus ille non postremum locum obtinet.

quinto, nẽpe, vigesimo quinto. πέμπτη.

Græca aliter accipi possunt.

ἐπινε παρ' Εὐμένει, εἶτα ἐγερθεὶς ἀνακλιθεὶς ἐν τῷ πότῳ. καὶ τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν, ὅσον ἀναστὰς χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσιν ὑπὲρ τῆς αὔριον πορείας, λέγων ὅτι ἔσται πρωΐ. καὶ ἑβδόμῃ εἱστιᾶτο παρὰ Περδίκκᾳ, καὶ ἔπινε πάλιν, καὶ ὀγδόῃ ἐκάθευδε. πεντεκαιδεκάτῃ δὲ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς καὶ ταύτῃ ἔπινε. καὶ τῇ ἑξῆς τὰ ἐκ τῶν πότων. ἐδείπνει δὲ παρὰ Βαγώᾳ. ἦν δὲ ἡ οἰκία τοῦ Βαγώα ἀπὸ τῶν βασιλείων δέκα σταδίους. εἶτα τῇ τρίτῃ ἐκάθευδεν. ἀνάγκη οὖν ἢ ὅτι ἐν τοσαύταις ἡμέραις ἑαυτὸν ἐζημίου ὁ Ἀλέξανδρος, ἢ οἱ ταῦτα γράψαντες ψεύδονται. ἔξεστι δὲ ἐκ τούτων ἐννοεῖν καὶ τοὺς λοιποὺς μὲν ταῦτα ὅμοια αὐτοῖς λέγοντας, ὧν καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανός ἐστι.

Περὶ φιλοκαλίας Ξενοφῶντος.

ΚΕΦ. κδ'.

Ξενοφῶντι ἔμελε τῶν ἄλλων σπουδαίων, καὶ οὖν καὶ ὅπλα καλὰ ἔχειν. νικῶντι γὰρ ἔλεγε τοὺς πολεμίους, τὴν καλλίστην στολὴν ἁρμόττειν. καὶ ἀποθνήσκοντα ἐν τῇ μάχῃ, κεῖσθαι καλῶς ἐν καλῇ τῇ πανοπλίᾳ. τοῦ γὰρ ἀνδρὸς τοῦ γενναίου ταῦτ' εἶναι τὰ ἐντάφια, τὰ ὡς ἀληθῶς κοσμοῦντα αὐτόν. λέγεται οὖν ὁ τοῦ Γρύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα Ἀργολικὴν ἔχειν, τὸν δὲ θώρακα Ἀττικὸν, τὸ δὲ κράνος Βοιωτιουργὲς, τὸν δὲ ἵππον Ἐπιδαύριον. φιλοκάλου δ' ἔγωγε ἂν εἴποιμι φαίην τὰ τοιαῦτα ἀνδρὸς, καὶ ἀξιοῦντος ἑαυτὸν τῶν καλῶν.

Περὶ Λεωνίδου, καὶ τῶν τριακοσίων ἐθελοντὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανόντων.

ΚΕΦ. κε'.

Ὁ Λεωνίδας ὁ Λακε-

De Xenophontis pulchritudinis amore.

CAP. XXIV.

Xenophonti tum alia honesta bonáque curæ fuerũt, tũ vt haberet arma pulchra & exposita. Aiebat enim, si vicisset hostes, elegãtissimo quoque se ornatu dignũ esse: & si vitam amitteret in prælio, cũ quodã decore apparitorum in armatura splendida. Nã hæc esse strenuo & forti viro ornaméta sepulchralia, quę reuera ipsum ornét. Dicitur igitur hic Grylli filius habuisse scutũ Argolicum, thoracem Atticũ, galeam Bœotico artificio factam, equum Epidaurium: quæ sanè nõ aliter ego dixerim, quàm arguere virum elegantiæ studiosum, séque dignũ his quæ pulchra sunt indicantem.

De Leonida, & trecentis qui vltrò pro salute totius Græciæ se morti obtulerunt.

CAP. XXV.

Leonides Lacedæmo-

nius, & vnà cum ipso trecenti viri ad Pylas mortem vaticinio sibi denunciatam subterfugere noluerunt: & pro defensione Græciæ ritè strenuéque pugnam facientes, gloriosum finem sortiti sunt, ac perpetuam sibi gloriam & nomen clarissimum reliquerunt.

δαιμόνιον, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τριακόσιοι, τὸν μαντευόμενον αὐτοῖς θάνατον εἷλον τὸν ἐν Πύλαις. καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὖ καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι τέλους ἔτυχον εὐκλεοῦς, καὶ δόξαν ἑαυτοῖς ἀθάνατον ἀπέλιπον, καὶ φήμην ἀγαθὴν δι' αἰῶνος.

De Pindaro tyranno.

CAP. XXVI.

Pindarus Melanis filius, Alyattæ verò Lydi ex filia nepos, suscepta Ephesiorum tyrannide in suppliciis sumendis asperum & inexorabilem se præbuit, in reliquis benignus ac sapiens visus est: magnámque curam adhibuit, ne in Barbarorum seruitutem patria redigeretur. Hæc ita se habere, illo facto declarauit. Quum enim Crœsus ipsius auunculus totam Ioniam inuaderet, legationem ad Pindarum misit, Ephe-

Festiuus, facilis ac moderatus. Videtur & alibi Ælianus φιλόπαιγς pro φιλοπαίγμον dixisse.

Περὶ Πινδάρου τοῦ τυράννου.

ΚΕΦ. κϛ.

Πίνδαρος ὁ Μέλανος υἱός, Ἀλυάττου δὲ θυγατριδοῦς τοῦ Λυδοῦ, διαδεξάμενος τὴν Ἐφεσίων τυραννίδα, πρὸς μὲν τὰς τιμωρίας πικρὸς ἦν καὶ ἀπαραίτητος, τά γε μὴν ἄλλα ἐδόκει † φιλόπαιγς εἶναι, καὶ σώφρων, καὶ τοῦ μὴ δουλεῦσαι τὴν πατρίδα τοῖς βαρβάροις πολλὴν πρόνοιαν ἔθετο. ἔδειξε ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐκεῖνα δήπου. ἐπεὶ γὰρ Κροῖσος ὁ πρὸς μητρὸς αὐτῷ θεῖος καταστρεφόμενος τὴν Ἰωνίαν, καὶ πρὸς τὸν Πίνδαρον πρεσβείαν ἀπέστελλε, ἀξιῶν Ἐφε-

Ἐφεσίους ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι. ὡς δ' οὐκ ἐπείσθη, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν Κροῖσος. ἐπεὶ δέ τις τῶν πύργων ἀνετράπη ὁ κληθεὶς ὕστερον προδότης, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἑώρα τὸ δεινὸν, συνεβούλευσεν ὁ Πίνδαρος Ἐφεσίοις, ἐκδήσαντας ἐκ τῶν πυλῶν καὶ τῶν † τειχῶν θώμιγγας συνάψαι τοῖς κίοσι τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος νεὼ, οἱονεὶ τὴν πόλιν ἀνάθημα ἐῶντας εἶναι τῇ Ἀρτέμιδι, ἀσυλίαν διὰ τούτων ἐπινοῶν τῇ Ἐφέσῳ. ὁ δὲ συνεβούλευε προσελθόντας δεῖσθαι τοῦ Λυδοῦ. προσβαλλομένων δὲ τὴν ἱκετηρίαν τῶν Ἐφεσίων, γελάσαντά φασι τὸν Κροῖσον, καὶ δεξάμενον πρᾴως τὸ στρατήγημα, τοῖς μὲν Ἐφεσίοις συγχωρῆσαι τὴν μετ' ἐλευθερίας † φυγὴν· τῷ δὲ Πινδάρῳ προστάξαι τῆς πόλεως ἀπαλλάττεσθαι. ὁ δὲ οὐκ ἀντεῖπε. τῶν φίλων δὲ τοὺς συναπαίρειν αὐτῷ βουληθέντας παραλαβὼν, τὸν υἱὸν, καὶ τῆς οὐσίας τὸ πλεῖστον τῇ πόλει παρακαταθέμενος, καὶ ἕνα τῶν συνήθων

sios in suam potestatem tradi postulans. At quũ non permitteret, Croesus vrbem obsidione cinxit. Quum autem turris quædam subuersa cecidisset, quæ in posterum proditrix appellata est, & præ oculis discrimen cerneret, consilium dedit Ephesiis Pindarus, vt ex portis & mœnibus funes ad columnas templi Dianæ alligarent, ac vrbem quasi anathema Dianæ esse sinerent: per hæc veluti sanctitatem, ac, ne spoliaretur, securitatem Epheso concilians: & suasit, vt ipsi Lydum adirent, ac pacem expeterent. Exponentibus igitur preces Ephesiis, risisse Crœsum aiunt, neque molestè hoc stratagema accepisse, & Ephesiis concessisse libertatem, sed ea conditione atque lege, vt Pindarus ciuitate excederet. Qui nihil contradixit amicis, qui secum discedere vellent, assumptis, filium, & maximam rerum suarum partem, ciuitatis fidei credidit: & vni ex fa-

Σπαρτίων.

ζωὴν, vel σωτηρίαν.

miliaribus Pasicli tum filij tutela, tum bonorum cura delegata, discessit in Peloponnesum, regium viuendi splendorē cum spontaneo exilio commutans, vt ne patria sub iugum Lydorum mitteretur.

De Platonis paupertate, & quomodo ad philosophiæ studium accesserit.

CAP. XXVII.

Hoc etiam audiui, an verum sit, nescio. Quod igitur audiui, illud est. Plato filius Aristonis, afflictus paupertate proficisci in militiam instituit. At deprehensus à Socrate, dum arma emit, & quæ par erat, edoctus, animum mutauit, atque suasu Socratis ad philosophiam sese contulit.

Πανταλέω ἀποδείξας ἐπίτροπον καὶ τοῦ παιδὸς καὶ τῶν χρημάτων, ἀπῆρεν εἰς Πελοπόννησον, τυραννικοῦ βίου φυγὴν αἱρούμενος ἀλλάξασθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιῆσαι τὴν πατρίδα ὑποχείριον Λυδοῖς.

Περὶ Πλάτωνος πενίας, καὶ πῶς φιλοσοφίας ἐπεχείρησεν.

ΚΕΦ. κζ.

Πέπυσμαι καὶ τοῦτον τὸν λόγον εἰ ἀληθής ἐστι, οὐκ οἶδα. ὃ δ᾽ οὖν πέπυσμαι, ἐκεῖνό ἐστι. Πλάτωνα Ἀρίστωνος, ὑπὸ πενίας (φασὶ) καταπονούμενον, ἔμελλεν ἐπὶ στρατείαν ἀποδημήσειν· καταληφθεὶς δὲ ὑπὸ Σωκράτους ὠνούμενος ὅπλα ὁ Πλάτων, ἀνετράπη τῆς ὁρμῆς, διαλεχθέντος αὐτῷ τοῦ Σωκράτους ἃ εἰκὸς ἦν, καὶ πείσαντος φιλοσοφίας ἐπιθυμῆσαι.

Πῶς

Πῶς ὁ Σωκράτης τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου τῦφον ἀνέστειλεν.

ΚΕΦ. κη.

Ὁρῶν ὁ Σωκράτης τὸν Ἀλκιβιάδην τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλούτῳ, καὶ μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς, ἤγαγεν αὐτὸν ἐπί τινα τόπον ἔνθα ἀπέκειτο πινάκιον ἔχον γῆς περίοδον, καὶ προσέταξε τὴν Ἀττικὴν ἐνταῦθα ἀναζητεῖν. ὡς δ' εὗρε, προσέταξε τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἰδίους διαθρῆσαι. τοῦ δ' εἰπόντος, ἀλλ' οὐδαμοῦ γεγραμμένοι εἰσὶν ἐπὶ τούτοις, εἶπε, μέγα φρονεῖς, οἵπερ οὐδέν μέρος τῆς γῆς εἰσίν;

Quomodo Socrates fastum Alcibiadis retuderit.

CAP. XXVIII.

Socrates quum videret Alcibiadem ob diuitias elatum animum gerere, & ob agrorum multitudinem superbire, adduxit ad locum in quo tabula quædam descriptionem terræ complectens suspensa erat, & eu rogauit vt Atticam ibi requireret. Quam quum inuenisset, suos fundos eum iussit inquirere: & quum responderet nusquam ibi pictos esse. Horum, inquit, possessione te effers, qui nulla pars sunt terræ?

Περὶ Διογένους πενίας, καὶ τύφου.

ΚΕΦ. κθ.

Ὁ Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰς ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ, καὶ ὑπομένει, εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος,

De Diogenis mendicitate & fastu.

CAP. XXIX.

Diogenes Sinopensis de seipso dicere solitus est, se implere & ferre tragicas execrationes. Nam erronem se esse domo, & patria carere, mé-

dium agere, malè vestiri, & in diem viuere. Nihilominus tamen in his sibi non minus placebat, quàm Alexander in terrarum orbis imperio, quum subactis Indis in Babylonem reuerteretur.

πενεῖσθαι ἐσθημένος, πτωχὸς, δυσείμων, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον. καὶ ὅμως ἐπὶ τούτοις μέγα ἐφρόνει οὐδὲν ἧττον, ἢ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῇ τῆς οἰκουμένης ἀρχῇ, ὅτε καὶ Ἰνδοὺς ἑλὼν εἰς Βαβυλῶνα ὑπέστρεψεν.

De quibusdam modestis & continentibus.

Περὶ σωφρόνων τινῶν.

CAP. XXX.

ΚΕΦ. λ.

Amœbeas citharœdus maxima cōtinentia prӕditus fuisse dicitur: quúmque venustissimam vxorem hāberet, non cū ea coiuisse. Item Diogenes tragicus histrio. Clitomachus verò pancratiastes, si quando canes videbat coëuntes, sese auertit. Et in conuiuiis si de rebus venereis sermo incidisset, continuò surgens discessit.

Ἀμοιβέας ὁ κιθαρῳδὸς σωφρονέστατος ἦν γε, καὶ γυναῖκα ὡραιοτάτην ἔχων μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ. καὶ Διογένης ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής. Κλειτόμαχος δὲ ὁ παγκρατιαστὴς εἴποτε καὶ κύνας εἶδε συμπλεκομένους, ἀπεστρέφετο. καὶ ἐν συμποσίῳ εἴ τις ἀφροδίσιος λόγος παρεῤῥύη, ἀναστὰς ἀπηλλάττετο.

De Nicia diligentia, quam in artem suam contulit.

Περὶ Νικίου σπουδῆς περὶ τὴν ἰδίαν τέχνην.

CAP. XXXI.

ΚΕΦ. λα.

Nicias pictor, tantam

Νικίας ὁ ζωγράφος τοσαύ-

τοσαύτην περὶ τὸ γράφειν σπουδὴν εἶχεν, ὡς ἐπιλαθέσθαι πολλάκις αὐτὸν τροφὴν προσενέγκασθαι, προστετηκότα τῇ τέχνῃ.

Περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ Ἡρακλέους κιθαρίζειν μανθανόντων.

ΚΕΦ. λβ.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου παῖς ὢν, οὔπω πρόσηβος, ἐμάνθανε κιθαρίζειν. τοῦ δὲ διδάσκοντος κροῦσαι κελεύσαντος χορδήν τινα σὺν μέλει, καὶ ἣν ἀπῄτει τὰ κιθαρίσματα· καὶ τί διοίσει, ἔφη, ἐὰν ταύτην κρούσω, ἑτέραν δείξας. ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη διαφέρειν τῷ μέλλοντι βασιλεύσειν, ἀλλὰ τῷ ἐπὶ τέχνῃ κιθαρίζειν μέλλοντι. ἔδεισε δὲ ἄρα οὗτος μὴ οὐκ ἐπιτήδειος, τὰ τοῦ Λίνου πάθῃ. τὸν γὰρ Ἡρακλέα ὁ Λῖνος ἔτι παῖδα ὄντα κιθαρίζειν ἐπαίδευεν. ἀμουσότερον δὲ ἁπτομένου τοῦ ὀργάνου, ἐχαλέπηνεν αὐτῷ ὁ Λῖνος.

diligentiam ad pingendũ adhibuit, vt sæpenumero intentus arti, cibum sumere obliuisceretur.

De Alexandro & Hercule citharam pulsare discentibus.

CAP. XXXII.

Alexander Philippi filius puer adhuc, quum nondum ad puberẽ ætatem peruenisset, citharã discebat pulsare. magistro autem iubente chordam quandam tangere modulis conuenientem, & quam postulabat artis ratio: Et quid interest, inquit, etiam si hanc pulsauero? in aliam digitũ intendens. Qui respondit: Nihil interesse futuri regis, sed non eodẽ modo nihil interesse futuri citharœdi. Timuit nimirũ hic, ne si non commodè eũ instituisset, idem sibi eueniret quod Lino. Nam Herculẽ puerum adhuc Linus fidibus canere docuit. Verùm qui imperitius instrumentũ tangeret, increpauit eũ Linus.

At Hercules, incensus ira, plectro Linum percussum interfecit.

De Satyrico tibicine.

CAP. XXXIII.

Satyrus tibicen persæpe Aristonis philosophi disputationibus intererat, & his quæ dicerentur mirè affectus aiebat: Cur ergo non igni trado hoc nihil vtile telum? insinuans tibiam, & quodammodo suam artem ad philosophiæ studium comparatam extenuans, & nihili æstimans.

Lex Romanis & Lacedæmoniis communis.

CAP. XXXIV.

Lacedæmoniis iuxta & Romanis lex erat, ne cui licitum esset obsonare quidquid vel quantum ipsi liberet. Nam quum per alia ciues ad temperantiam reuocare voluerunt, tum non minimè per rationem mensæ.

ὁ δὲ ἀγανακτήσας ὁ Ἡρακλῆς, τῷ πλήκτρῳ τοῦ Λίνου καθίκετο, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν.

Περὶ Σατύρου τοῦ αὐλητοῦ.

ΚΕΦ. λγ.

Σάτυρος ὁ αὐλητὴς Ἀρίστωνος τοῦ φιλοσόφου πολλάκις ἠκροᾶτο, καὶ κηλούμενος ἐκ τῶν λεγομένων, ἐπέλεγεν, εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινὰ ἐν πυρὶ θείην. ὥστε αὐλοὺς αἰνιττόμενος, καὶ ἔοικέ τινα τὴν τέχνην ἐκφαυλίζων παραβολῇ τῇ πρὸς φιλοσοφίαν.

Νόμος Λάκωσι, καὶ Ῥωμαίοις κοινός.

ΚΕΦ. λδ.

Ὅτι Λάκωσι, καὶ Ῥωμαίοις νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναί τινι ὀψωνεῖν, μήτε ἃ βούλεται, μήτε ὅσα βούλεται. προσέταττον γὰρ διά τε τῶν ἄλλων σωφρονεῖν τοὺς πολίτας, καὶ διὰ τῆς τραπέζης οὐχ ἥκιστα.

Ὅτι οὐκ ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ γελᾶν ἐξῆν.

Quod in Academia ridere non licebat.

ΚΕΦ. λε.

Λόγος δέ τις διαῤῥεῖ καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὃς λέγει πρότερον ἐν Ἀκαδημίᾳ μηδὲ γελάσαι ἐξουσίαν εἶναι· ὕβρεως γὰρ καὶ ῥᾳθυμίας ἐπειρῶντο τὸ χωρίον ἄβατον φυλάξαι.

CAP. XXXV.

Fama etiam illa percrebuit Attica, quæ fert, ne ridendi quidem potestatem in Academia prius fuisse. Nam ab iniuria & * ignauia purum & inaccessum hunc locum seruare conabantur.

* animi dissolutione.

Διὰ τί ὁ Ἀριστοτέλης ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας.

Cur Aristoteles reliquerit Athenas.

ΚΕΦ. λϛ.

Ἀριστοτέλης ὅτε ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας δείσας τὴν κρίσιν, πρὸς τὸν ἐρόμενον αὐτὸν τίς ἐστιν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, ἔφη, παγκάλη· ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ, τοὺς συκοφάντας λέγων. καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον, διὰ τί ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὐ βούλεται Ἀθηναίους δὶς ἐξαμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν· τὸ περὶ Σωκράτην πάθος αἰνιττόμενος,

CAP. XXXVI.

Aristoteles quum iudiciorum metu Athenis profugisset, interroganti cuidam, qualis esset ciuitas Atheniensiũ respondit, Pulcherrima, sed in ea

Post ficum ficus, pyrum, malaque multa priores
Excipiunt fructus:

Hom. Od. η.

sycophantas intelligẽs. Et interroganti, cur reliquisset Athenas, respõdit, quoniã noluisset cõmittere, vt Athenienses bis peccarẽt in philosophiã: obscurè Socratis mortẽ

tem inuenit, & summum periculum.

καὶ τὸν κατ' αὐτὸν κίνδυνον.

Lex Ceorum de senibus.

Νόμος Κείων περὶ γερόντων.

CAP. XXXVII.

ΚΕΦ. λζ΄.

Consuetudo est apud Ceos, vt ij qui senio planè confecti sunt, tanquam ad conuiuium se mutuò inuitent, aut ad quoddam solenne sacrificium conueniant, & coronati cicutam bibant: quum sibi ipsis conscij sunt, se ad promouenda commoda patriæ inutiles amplius esse, animo iam ob ætatem delirare incipiente.

Νόμος ἐστὶ Κείων, οἱ πάνυ παρ' αὐτοῖς γεγηρακότες, ὥσπερ ἐπὶ ξένια παρακαλοῦντες ἑαυτούς, ἢ ἐπί τινα ἑορτὴν θυσίαν ἀθροισθέντες, καὶ στεφανωσάμενοι, πίνουσι κώνειον, ὅταν ἑαυτοῖς συνειδῶσιν, ὅτι πρὸς τὰ ἔργα τὰ τῇ πατρίδι λυσιτελοῦντα ἄχρηστοί εἰσιν, ὑπολήψομένης ἤδη τι αὐτοῖς καὶ τῆς γνώμης διὰ τὸν χρόνον.

Quædam Athenis primùm inuenta.

Εὑρήματά τινα πρῶτα Ἀθηναίων.

CAP. XXXVIII.

ΚΕΦ. λη΄.

Athenis aiunt primùm repertam esse oliuam & ficum, quæ primùm etiam terra protulit. Item pœnas dare & repetere, primi Athenienses instituerunt. Et certamen corporũ primi in-

Ὅτι ἐν Ἀθήναις ἀναφῦναι λέγουσι πρῶτον ἐλαίαν, καὶ τὴν συκῆν, ἃ καὶ πρῶτον ἡ γῆ ἀνέδωκε. δίκας τε δοῦναι, καὶ λαβεῖν, εὗρον Ἀθηναῖοι πρῶτοι. καὶ ἀγῶνα τὸν διὰ τῶν σωμάτων πρῶτοι ἐπενόησαν,

καὶ ἀπεδύσαντο, καὶ ἠλείψαντο· καὶ ἵππους ἔζευξε πρῶτος Ἐριχθόνιος.

nenerunt, & exuerunt se, vnxerúntque: & equos primus Erichthonius iunxit.

Τί ποτε πάλαι ἤσθιον.

Quòd olim quidam comederint.

ΚΕΦ. λθ.

CAP. XXXIX.

Ὅτι βαλάνους Ἀρκάδες, Ἀργεῖοι δ' ἀπίους, Ἀθηναῖοι δὲ σῦκα, Τιρύνθιοι ἢ ἀχράδας ἐδειπνοῦσιν, Ἰνδοὶ καλάμους, Καρμανοὶ φοίνικας, κέγχρον δὲ Μαιῶται καὶ Σαυρομάται, τέρμινθον δὲ καὶ κάρδαμον Πέρσαι.

Arcades glandes, Argiui pyra, Athenienses ficus, Tirynthij verò syluestria pyra comederũt, Indi arundines, Carmani palmas, Maeotae & Sauromatae milium, Persae terebinthum & nasturtium.

Περὶ Σατύρων, Τιτύρων, καὶ Σιλη-νῶν.

De Satyris, Tityris, & Silenis.

ΚΕΦ. μ.

CAP. XL.

Ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν οὓς τινὲς ὀνομάζουσι Τιτύρους. Ἔσχον δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν τερετισμάτων, οἷς χαίρουσι Σάτυροι. Σάτυροι δὲ ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι. Σιληνοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν. τὸ δὲ σιλλὸν ψόγον λέγουσι μετ' παιδιᾶς ἀχαρί-

Comites Bacchi fuerũt Satyri, quos nõnulli Tityros appellant. Hoc nomen habuerunt à teretismatis, i. lasciuis & procacibus saltationibus, quibus gaudent Satyri. Satyri verò dicti sũnt à rictu oris rictu. Sileni verò ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν, quòd est, conuiciatoria scommata iacere, cum ioco

Calius hoc refert, & τερετίσματα cantus lasciuos vertit.

lecto quodam iussu. Vestitus autẽ erat Silenis, tunicæ vetimque villosæ. Refert is vestitus vitiũ à Baccho plantationem, & vinearum palmitũmque hirsutam densitatem.

Multa Bacchi cognomina.

CAP. XLI.

Veteres vberum frugum prouentum verbo φλύειν significabant. Vnde Bacchum Phleonẽ appellarunt, & Protrygã & Staphylitam, & Omphacitam, & aliis multis diuersisque vocabulis.

De quibusdam amentibus fœminis.

CAP. XLII.

Elegam & Celænam filias Prœti regina Cypri ad meretriciam vitã impulit, quæ in quibusdam Peloponnesi locis visæ sunt nudæ furentésque discurrere. Eruperunt etiam in alias regiones Græciæ, agitatæ impulsæque

στολὴ δὲ ἦν τοῖς Σιληνοῖς, ἀμφίμαλλοι χιτῶνες. αἰνίττεται ἡ στολὴ, τὴν ἐκ τοῦ Διονύσου φυτείαν, καὶ τὰ τῶν ἀμπέλων, καὶ τὰ τῶν κλημάτων δάση.

Πολλαὶ τοῦ Διονύσου μετωνυμίαι.

ΚΕΦ. μα.

Ὅτι τὸ πολυκαρπεῖν οἱ ἀρχαῖοι ὀνόμαζον φλύειν. ὅθεν τὸν Διόνυσον Φλεῶνα ἐκάλουν, καὶ Προτρύγην, καὶ Σταφυλίτην, καὶ Ὀμφακίτην, καὶ ἕτερος πῶς διαφόρως.

Περί τινων μαινομένων γυναικῶν.

ΚΕΦ. μβ.

Ἐλέγην καὶ Κελαινὼ Προίτου θυγατέρας, μάχλους ἡ Ἀφροδίτη ἐποίησεν· ἡ τῆς Κύπρου βασιλὶς εἰργάσατο. ἀνὰ μέρος δὲ τῆς Πελοποννήσου καὶ ἐδράμον φασὶ γυμναὶ μαινόμεναι· ἐξεφοίτησαν δὲ καὶ εἰς ἄλλας χώρας τῆς Ἑλλάδος παροιστρούμεναι ὑπὸ τῆς νό-

σου.

σιν. ἀκούω δὲ ὅτι καὶ τὰς Λακεδαιμονίων γυναῖκας ἔπεσέ τις οἶστρος βακχικὸς, καὶ τὰς τῶν Χίων. καὶ αἱ τῶν Βοιωτῶν δὲ ὡς ἐνθεαστικώτατοι ἐμάνησαν, καὶ ἡ τραγῳδία βοᾷ. μόνας δὲ ἀπαξιῶσαι τῆς χορείας ταύτης λέγουσι τοῦ Διονύσου τὰς Μινύου θυγατέρας Λευκίππην, καὶ Ἀρσίππην, καὶ Ἀλκιθόην. αἴτιον δὲ ὅτι ἐπόθουν τοὺς γαμέτας, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐγένοντο τῷ θεῷ μαινάδες. ὁ δὲ ὠργίζετο. καὶ αἱ μὲν περὶ τοὺς ἱστοὺς εἶχον, καὶ ἐπονοῦντο περὶ τὴν ἐργάνην, εὖ μάλα φιλοτίμως. ἄφνω δὲ κιττοὶ τε καὶ ἄμπελοι τοὺς ἱστοὺς περιεῖρπον· καὶ τοῖς ταλάροις ἐνεφώλευον δράκοντες. ἐκ δὲ τῆς ὀροφῆς ἔσταζον οἴνου καὶ γάλακτος σταγόνες. τὰς δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔπειθεν ἐλθεῖν εἰς τὴν λατρείαν τοῦ δαίμονος. ἐντεῦθεν τοι καὶ πάθος εἰργάσαντο ἔξω Κιθαιρῶνος, οὐ μεῖον τῶν ἐν Κιθαιρῶνι. τὸν γὰρ τῆς Λευκίππης παῖδα ἔτι ἁπαλὸν ὄντα καὶ νεαρὸν διεσπάσαντο κατὰ μανίας ἀρξάμεναι...

isto morbo. Audio etiam Lacedæmoniorũ fœminas œstro Bacchico percitas fuisse, & Chiorum. item Bœotorum mulieres, quasi diuino furore concitatæ insanierunt: idque tragœdia vociferatur. Solas verò Minyadas, Leucippen, Aristippen, & Alcithoën, aiunt hanc Bacchi choreã detrectasse ob eam caussam, quòd maritos * ambirent. nam idcirco bacchantium honorem dei noluerunt. Is excanduit, & quum illæ telis operam nauarent, atque opificio lanæ summo cum studio incumberent, confestim hederæ racemique telas circumdederunt: in calathis dracones nidos posuerunt. & à summis tectis lactis viniquæ stillæ dimanarunt. Verùm quũ ne his quidem rebus ad cultum dei adduci possent, eum inuasit eas furor extra Cithæronem non leuior quàm in Cithærone. Nam Leucippæ * filium tenerum adhuc, & admodum iuuenem,

* desiderarent.

* Hippasium nomine, Plut. Græca. quæst. 37.

Minyades furore imbutę discerpserunt, hinnulum esse putantes, atque inde ad prius commemoratas Minyadas peruenerunt: quæ quum eas ob admissum scelus insequerentur, in aues sunt mutatæ: & vna assumpsit formam cornicis, altera vespertilionis, tertia noctuæ.

Μινυάδες. εἶτα ἐντεῦθεν ὑπὸ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἦξαν Μινυάδας· αἱ δὲ ἐδίωκον αὐτὰς διὰ τὸ ἄγος. ἐκ δὲ τούτων ἐγένοντο ὄρνιθες. καὶ ἡ μὲν ἠμείφθη τὸ εἶδος εἰς κορώνην, ἡ δὲ εἰς νυκτερίδα, ἡ δὲ εἰς γλαῦκα.

De citharœdo à Sybaritis occiso.

CAP. XLIII.

Quum Sybare citharœdus caneret in certamine quod in honorem Iunonis erat institutũ inter Sybaritas, propter eũ est orta cõtentio: quumque mutuò ad arma venirent, citharœdus cum ipsa stola cõfugit ad arã Iunonis. At illi ne in isto loco quidem manus à citharœdo abstinuerunt. Paulò verò post sanguis videbatur in Iunonis templo scaturire, non secus quã ex perenni fonte. Sybaritæ, quũ oraculũ Delphicũ consultũ misissent, tale respõsum acceperũt:

Cede meis mensis, ma-

Περὶ κιθαρῳδοῦ ὑπὸ τῶν Συβαριτῶν φονευθέντος.

ΚΕΦ. μγ.

Ἐν Συβάρει κιθαρῳδοῦ ᾄδοντος ἐν τῇ ἀγωνίᾳ, ἣν ἐπετέλουν τῇ Ἥρᾳ, στασιασάντων ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν Συβαριτῶν, καὶ τὰ ὅπλα λαβόντων ἐπ' ἀλλήλους, φοβηθεὶς ὁ κιθαρῳδὸς σὺν αὐτῇ στολῇ κατέφυγεν εἰς τὸν τῆς Ἥρας βωμόν. οἱ δὲ οὐδὲ ἐντεῦθεν ἐφείσαντο τοῦ κιθαρῳδοῦ. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐδόκει αἷμα ἐν τῷ τῆς Ἥρας ναῷ ἀναβλύζειν, ἐνδελεχὲς ὥσπερ πηγῆς ἀεννάου. Συβαρῖται δὲ ἔπεμψαν εἰς Δελφούς. ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίνατο·

Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων, ἔτι τοι φόνος ἀμφι-

ρὸ

οἱ χέρσαν, Πυλις ἀποσφάζων ἀπὸ λαίνε ἐδοῦ ἐρύκει. Οὐ σε θεμιστεύσω, μυσῶν θεράποντας κατέκτας, Ηρης πρὸς βωμοῖσι, θεῶν ποτὶ ἰα ἀϊσείνας. Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστὸν, Οὐδ᾽ ἀπαραίτητον, οὐδ᾽ εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν. Αλλ᾽ αὐτῶν κεφαλῇσι, καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν, Εἰλεῖται, καὶ πῆμα δόμοισ, ἐπὶ πήματι βαίνει· ἡ δὲ δίκη ἐκ ἐβράδυνε. Κροτωνιάταις γὰρ ἐναντία ὅπλα θέμενοι, ἀνάστατοι ὑπ᾽ ἐκείνων ἐγένοντο, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἠφανίσθη.

nibus nam sanguis adhærens, Destillánsque recèns, prohibet tibi limina templi. Non tibi fata canam: magnæ Iunonis ad aram Musarum innocuum strauisti cæde ministrum. Nō immortales hoc dij patientur inultum. Si quis enim prudens, scelerata è mēte profectum Committat facinus, grauis hunc propè pœna sequetur. Non exorabit, neque si genus ab Ioue summo Duceret ipse suo collo, collísque nepotum, Hoc luet, & generi cumulatim damna ferentur. Neque vltio tardata est. Quum enim aduersum Crotoniatas bellum gererent, subacti sunt ab illis, & ciuitas eorum subuersa est.

Περί τινος δυναμένου βοηθεῖν τοῖς ἑταίροις, καὶ μὴ βοηθοῦντος. καὶ ἑτέρου βοηθοῦντος μὲν, ἀποτυχόντος δέ.

De quodam, qui poterat quidem sociis auxilium ferre, non autem volebat: & alioqui volebat succurrere, infeliciter autem cesserat.

ΚΕΦ. μδ.

CAP. XLIV.

Νεανίσκοι τρεῖς εἰς Δελφοὺς ἀφικόμενοι θεωροὶ

Tres adolescentes eiusdem ciuitatis, iter Del-

pios ad consulendũ oraculum facientes, in latrones incidunt. Vnus correpta fuga, declinat latrones. Alius verò, quũ reliquis interfectis impetum faceret in superstitẽ sicarium, à latrone aberrauit, in sociũ verò ensem impulit. Ei igitur qui fugerat, tale responsum ab oraculo datũ est: Occidit socium præsens es passus amicum, Non tibi vaticinor, sacro te proripe templo. Et alteri cõsulenti, talia respondit Pythia: Defendens socium, verso mucrone necasti: Puriores manibus nunc, quàm priùs esse solebas.

συμπεσόντες χρησμοῖς συμβέβηκεν ἐμπεσεῖν. ὁ μὲν οὖν εἷς ἀπέδρα τοὺς λῃστάς· ὁ δὲ ἕτερος αὐτῶν συνεπλάκη τῷ λοιπῷ τῶν χειρῶν, τὸν ἄλλον ἀποκτείνας· καὶ τοῦ μὲν λῃστοῦ ἥμαρτεν, ἔστι δὲ τὸ ξίφος κατὰ τοῦ φίλου. τῷ δὲ ἀποδράντι οὖν ἡ Πυθία ἀνεῖλε τάδε· Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρεὼν πέλας οὐκ ἐβοήθεις· Οὔ σε θεμιστεύσω, ἀποκεχώρισθι, ἔξιθι ναοῦ. καὶ τῷ ἑτέρῳ δὲ ἀνεῖλε τάδε, ἐρομένῳ τὴν Πυθίαν· Ἔκτεινας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων, οὔ σ' ἐμίανεν αἷμα, πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος, ἢ πάρος ἦσθα.

Oraculum Philippo redditum.

CAP. XLV.

Philippum in Bœotia ferunt in æde Trophonij responsum accepisse, vt caueret sibi à curru. Illũ igitur, metu oraculi, nũquam ascendere currum voluisse perhibent. Hinc item duplex fama emulgata est. Nam alij dicunt,

Χρησμὸς Φιλίππῳ δοθείς.

ΚΕΦ. με

Φιλίππῳ φασὶ χρησμὸν ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίου, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα. ἐκεῖνον οὖν δέει τοῦ χρησμοῦ, λόγος ἔχει μηδέποτε ἀναβῆναι ἅρμα. διπλοῦς οὖν ἐστὶ τούτοις ἐπιρρεῖ λόγος. οἱ μὲν γάρ φασι, τὸ τοῦ Παυσανίου ξίφος,

γιφ⊙, ᾧ ὁ Φίλιππον διεχρήσατο, ἔχει ἐπὶ τῆς λαβῆς διαγεγλυμμένον ἅρμα ἐλεφάντινον· ὁ δὲ ἕτερος, τὴν Θηβαικὴν τὴν καλουμένην Ἅρμα περιϊόντα λίμνην, ἀποσφαγῆναι. ὁ μὲν πρότερος λόγος, δημώδης· ὁ δὲ οὐκ εἰς πάντας ἐξεφοίτησε.

Pausaniæ gladium, quo Philippum peremit, in capulo currum ex ebore sculptum habuisse. Alij verò, quã circuiret Thebaicam paludẽ, cui Currus nomen erat, trucidatum esse. Atq; prior sermo vulgaris est, posterior verò non ita frequens.

Νόμος Σταγειριτῶν.

ΚΕΦ. μϛ.

Σταγειριτῶν νόμος οὗτος καὶ πάντῃ Ἑλληνικός. ὃ μὴ κατέθου, φησὶ, μὴ λάμβανε.

Lex Stagiritarum.

CAP. XLVI.

Stagiritarum hæc est lex, planè eiusmodi vt Græcam agnoscere possis: Quod non deposuisti, inquit, ne tollas.

Περὶ Τιμοθέου, καὶ ἄλλων οὐδὲν ὠφεληθέντων ὑπ' ἰδίας εὐπραγαθίας.

ΚΕΦ. μζ.

Τιμόθεον τὰ μὲν πρῶτα ἐπῄνουν Ἀθηναῖοι. ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν ἁμαρτεῖν ἃ ἔδοξεν, ἢ φθάνουσα αὐτὸν εὐπραγαθία ἀλλ' οὐδὲ ὀλίγον ἔσωσεν, οὐδὲ μὴν αἱ τῶν προγόνων ἀρεταί. Θεμιστοκλῆς δὲ οὐδὲν ὤνητο, ὅτι ἐκ τῆς

De Timotheo, & aliis, quibus sua virtus non profuit.

CAP. XLVII.

Timotheum primùm quidem laudibus Athenienses extulerunt: postquam verò delinquere peccaréque visus est, qualecumque fuerit eius peccatum, nihil eum iuuit pristina fortitudo, ne parum quidem, sed neque maiorum virtutes profuere quicquam. Ad Themistoclem verò nullum

omnino rediit emolumentum, neque ex nauali pugna, quam circa Salaminem fecit, neque ex legatione quam Spartam obiuit, hac fraude tegens quòd Athenienses suos muros extruebant. Exulauit enim ille nó solùm ex Atheniensium vrbe, verumetiam è tota Græcia. Et Pausaniæ Lacedæmonio nihil adiumenti attulit Platæensis victoria, quo minus quũ Byzantij nouas res moliretur, & Persico morbo laboraret, etiam eum fauorem, quem ex anteactis sibi conciliârat amitteret. Phocionem verò præconium illud bonitatis & iustitiæ nõ eripuit, quo minus quum iam septuagesimum quintum annum ageret, neque vel minimam iniuriam Atheniensibus intulisset, capitis ab Atheniensibus damnaretur, quoniam Piræum fuisse proditurus Antipatro visus fuerat.

Plut. in vita Phoc.

ναυμαχίας τῆς περὶ Σαλαμῖνα, οὔτε ἐκ τῆς πρεσβείας τῆς εἰς Σπάρτην· λέγω δὲ ἣν ἐπρέσβευσε κλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τείχισιν. ἔφυγε γὰρ καὶ κεῖνος οὐ τὰς Ἀθήνας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν. καὶ Παυσανίαν δὲ τὸν Λακεδαιμόνιον οὐδὲν ὤνησεν ἡ ἐν Πλαταιαῖς νίκη. ὑπὸ δὲ ὢν ἐν Βυζαντίῳ ἐκαινούργει, καὶ ἐνόσει Περσικὰ, ὑπὸ τούτων διέφθειρε καὶ τὴν χάριν τὴν ἐπὶ τοῖς προτέροις. Φωκίωνα δὲ ἡ ἀφημία ἡ καλοῦσα αὐτὸν χρηστὸν, οὐδὲν ὠφέλησεν, οὐδὲ τὰ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἀφ' οὗ διεβίωσεν οὐδὲν ἀδικήσας τοὺς Ἀθηναίους ἐν βραχεῖ. ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν Ἀντιπάτρῳ τὸν Πειραιᾶ προδιδόναι, Ἀθηναῖοι κατέγνωσαν αὐτοῦ θάνατον.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

βίϐλιον τέταρτον.

ÆLIANI VARIÆ HISTORIÆ,

LIBER IV.

Ἐθνῶν ἔθη διάφορα.

ΚΕΦ. α.

Λεγεταί τις νόμος Λευκανῶν, ἐὰν ἡλίου δεδυκότος ἀφίκηται ξένος, καὶ παρελθεῖν ἐθελήσῃ εἰς στέγην τινὸς, εἶτα μὴ δέξηται τὸν ἄνδρα, ζημιοῦσθαι αὐτὸν, καὶ ὑπέχειν δίκας τῆς κακοξενίας· ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῷ ἀφικομένῳ, καὶ τῷ ξενίῳ Διΐ.

Ὅτι Δαρδανεῖς, τοὺς ὑπὸ τῆς Ἰλλυρίδος, ἀκούω τρεῖς λούεσθαι μόνον

Gentium & populorum diuersi mores.

CAP. I.

Lucanorum quædam lex sic habet: Si sub occasum solis venerit peregrinus, voluerítque sub tectum alicuius diuertere, & is hominem nō susceperit, mulctetur, & pœnas luat inhospitalitatis: vt mihi quidem videtur, & venienti, & Ioui hospitali.

Dardanenses Illyricos audio ter solummodo per vni-

uersam vitam audio lauari consueuisse, post partum, quum nuptias ineunt, & quum mortem obierunt.

Indi ad vsuram pecuniam non locant, neque accipiunt. Sed neque fas est, hominem Indum aut iniuriam inferre, aut pati. Proinde neque syngrapham aut depositũ faciũt.

Lex erat Sardoa, vt filij patres iam senio cõfectos fustibus cæderent, & interemptos sepelirent: absurdum arbitrantes esse, si delirus senex vlterius in viuis agat, eo quòd sæpissimè in fraudẽ peccatúmq; impellatur corpus senectute grandæua maceratum. Apud eosdẽ huiusmodi lex erat. Pœnas ignauiæ & socordiæ constituebãt: & qui otiosè viueret, eum rationem reddere oporte bat, & vnde viueret ostendere.

Assyrij virgines suas cõiugio maturas in vnã ciuitatẽ aliquã conducũt, atque venum proponũt. Et quam quisq; emerit, eam sponsam abducit.

περὶ πάντα τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων, καὶ γαμοῦντας, καὶ ἀποθανόντας.

Ἰνδοὶ οὔτε δανείζονται οὔτε ἴσασι δανείζεσθαι. ἀλλ᾽ οὐδὲ θέμις ἄνδρα Ἰνδὸν οὔτε ἀδικῆσαι, οὔτε ἀδικηθῆναι. διὸ οὐδὲ ποιοῦνται συγγραφὴν, ἢ παρακαταθήκην.

Νόμος ἐστὶ Σαρδῷος, τοὺς ἤδη γεγηρακότας τῶν πατέρων οἱ παῖδες ῥοπάλοις τύπτοντες ἀνῄρουν. καὶ ἔθαπτον, αἰσχρὸν ἡγούμενοι τὸν λίαν ὑπέργηρων ὄντα ζῆν ἔτι, ὡς πολλὰ ἁμαρτάνοντος τοῦ σώματος τοῦ διὰ τὸ γῆρας πεπονηκότος. τῶν δὲ αὐτῶν ἐστι νόμος τοιοῦτος. ἀργίας ἦσαν δίκαι, καὶ τὸν εἰκῇ ζῶντα ἔδει κρίνεσθαι, καὶ διδόναι τὰς εὐθύνας, ἀποδεικνύντα ὅθεν ζῇ.

Ἀσσύριοι τὰς ὡραίας γάμου παρθένους ἀθροίσαντες εἰς τινα πόλιν, ἀγορὰν αὐτῶν προκηρύττουσι. καὶ ἕκαστος ἣν ἂν πρίηται, ἀπάγει νύμφην.

Βίβλιοι ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν οὐδὲν ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται· οὐ γὰρ ἡγοῦνται τὸ τοιοῦτον εὕρημα, ἀλλὰ ἀδίκημα.

Biblij in via, si inciderunt in aliquid, nihil tollunt quod non posuerũt. Non enim hoc inuẽtum, sed furtum arbitrantur esse.

Βερβίκαι τῶν ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη βεβιωκότας ἀποκτείνουσι, τοὺς μὲν ἄνδρας καταθύοντες, ἀπάγχοντες δὲ τὰς γυναῖκας.

Berbicæ omnes septuagesimum annum egressos, interficiunt, viros mactando, mulieres verò strangulando.

Κόλχοι δὲ τοὺς νεκροὺς ἐν βύρσαις θάπτουσι· καὶ καταῤῥάψαντες, ἐκ τῶν δένδρων ἐξαρτῶσι.

Colchi mortuos suos in pellibus sepeliunt, & insutos ex arboribus suspendunt.

Λυδοῖς ἦν ἔθος πρὸ τοῦ συνοικεῖν τὰς γυναῖκας ἀνδράσιν, ἑταιρεῖν· ἅπαξ δὲ κατα ζευχθείσας, σωφρονεῖν. τὴν δὲ ἁμαρτάνουσαν εἰς ἕτερον, συγγνώμης τυχεῖν ἀδύνατον ἦν.

Lydis moris erat, vt mulieres antequam cum maritis concumberent, corpus prostituerent. Quum autem semel copulatæ fuissent, deinde omni tempore continẽtes essent. Quæ verò postea cum alio rem habuisset, hæc veniam cõsequi nulla ratione poterat.

Περὶ Νικοστράτου κιθαριστοῦ διαφορᾶς πρὸς Λαόδοκον τὸν κιθαρῳδόν.

De Nicostrati citharistæ dissidio cum Laodoco citharœdo.

ΚΕΦ. β.

CAP. II.

Νικόστρατον τὸν κιθαριστὴν λόγος τις περιεισι λέγων Λαοδόκῳ τῷ κιθαρῳ-

Rumor quidam circumfertur, Nicostratum citharistam, quum ob ar-

tem musicam dissideret à Laodoco citharœdo, dixisse, illum in magna arte exiguum esse, se verò in exigua magnum. Non autem solùm laudabile est rem familiarem & opes amplificare, sed etiam artem, si Nicostratum rectè & bene hoc consulentem audire volumus.

δῷ διαφερομένῳ πρὸς μουσικῆς εἰπεῖν· ὅτι ἄρα ἐκεῖνος μὲν ἔστιν ἐν μεγάλῃ τῇ τέχνῃ μικρὸς, αὐτὸς δὲ ἐν μικρᾷ μέγας. οὐ μόνον δὲ ἄρα ἐστὶ σεμνὸν οἰκίαν αὐξῆσαι, καὶ πλοῦτον. ἀλλὰ γὰρ καὶ τέχνην· εἴ γέ τι δεῖ προσέχειν Νικοστράτῳ εὖ καὶ καλῶς τοῦτο εἰπόντι.

De Polygnoto & Dionysio pictoribus.

Περὶ Πολυγνώτου καὶ Διονυσίου γραφέων.

CAP. III.

ΚΕΦ. γ.

Polygnotus Thasius, & Dionysius Colophonius, duo pictores erant, Et Polygnotus iam magna pingebat, atque in perfectis certamina subibat. Dionysij verò picturæ, exempta magnitudine continebant exquisitissimam Polygnoti artis imitationem, affectus, mores, formæ habitudinem, vestium subtilitates, & reliqua.

Πολύγνωτος ὁ Θάσιος, καὶ Διονύσιος ὁ Κολοφώνιος γραφέε ἤστην. καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος ἔγραφε τὰ μεγάλα, καὶ ἐν τοῖς τελείοις εἰργάζετο τὰ ἆθλα· τὰ δὲ τοῦ Διονυσίου πλὴν τοῦ μεγέθους, τὴν τοῦ Πολυγνώτου τέχνην ἐμιμεῖτο, εἰς τὴν ἀκρίβειαν, πάθος, καὶ ἦθος, καὶ σχήματος χρῆσιν, ἱματίων λεπτότητας, καὶ τὰ λοιπά.

Νόμος Θηβαϊκὸς περὶ τεχνιτῶν, καὶ γραφέων.

Lex Thebana de artificibus & pictoribus.

ΚΕΦ. δ.

CAP. IV.

Ἀκούω κεῖσθαι νόμον Θήβῃσι προστάττοντα τοῖς τεχνίταις, καὶ τοῖς γραφικοῖς, καὶ τοῖς πλαστικοῖς, εἰς τὸ κρεῖττον τὰς εἰκόνας μιμεῖσθαι, ἀπειλεῖ δὲ ὁ νόμος τοῖς εἰς τὸ χεῖρόν ποτε ἢ πλάσασιν, ἢ γράψασι ζημίαν τὸ τίμημα δρᾶν.

Audio legem esse Thebis, præcipientem artificibus, tum pictoribus, tũ figulis, vt imaginum formas quoad possent optimè exprimerent: his autem omnibus qui deteriùs aut finxissent, aut pinxissent, pro pœna multam pecuniariam irrogantem.

Τίνες εὐεργετῶν ἐμνήσθησαν.

Qui beneficiorum memores fuerunt.

ΚΕΦ. ε.

CAP. V.

Εὐεργεσιῶν ἀπεμνήσθησαν, καὶ χάριτας ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέδοσαν, Θησεὺς μὲν Ἡρακλεῖ. Ἀϊδωνέως γὰρ αὐτὸν τοῦ Μολοττῶν βασιλέως δήσαντος, ὅτε ἐπὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἦλθεν μετὰ Πειρίθου ἁρπασόμενος αὐτὴν ὁ Θησεὺς, (οὐχ ἑαυτῷ σπουδάζων τὸν γάμον, ἀλλὰ γὰρ τῇ τοῦ Πειρίθου χάριτι τοῦτο δράσας,) Ἡρακλῆς εἰς τοὺς Μολοσσοὺς ἀφικό-

Beneficia in memoria habuerunt, & gratiam pro iis reposuerunt, Theseus Herculi: quum enim Aïdoneus rex Molossorũ Theseum in vincula coniecisset, quando venerat cum Pirithoo, ad rapiendam regis coniugem, nõ vt sibi nuptias pararet, sed in gratiam Pirithoi illud faciens, Hercules profectus ad Molossos,

eum liberauit: ob quam causam Theseus aram in honorem illius erexit. Et septem illi duces, qui aduersus Thebas sunt profecti, Pronacti gratiā pro officio reposuerunt. Quū enim ipsorum causa periisset Pronax, in honorē illius ludos instituerunt, quos multi putant Archemoro duci consecratos fuisse. Et Hercules beneficium rependit Nestori. Quum enim Neleus eum * hospitio recipere nollet, omnésque cæteri filij pedibus in parentis sententiam irent: solus Nestor non consensit. Quamobrem etiam capta ciuitate Neleum vnà cum reliquis filiis interemit: Nestori verò non solùm pepercit, verumetiā auitum ei regnum gubernandum tradidit. Athenienses etiam publicè gratiam posteris Herculis retulerunt: quoniam enim stirpis illorū auctor de Theseo bene meritus fuerat, idcirco deduxerūt eos Athenienses in Peloponnesum. Hercules etiā

ἐξ ἀρχῆς.

purgare.

μόνος ἐρρύσατο τὸν Θησέα. καὶ διὰ ταῦτα ἐκεῖνος αὐτῷ βωμὸν ἀνέστησε. καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Προνάκτι καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν, διὰ γὰρ αὐτοὺς ἀπολουμένου τοῦ Προνάκτος τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτόν, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι † ἐξαρχῆς. καὶ Ἡρακλῆς δὲ χάριτας ἀπέδωκε Νέστορι. Νηλέως γὰρ αὐτὸν οὐ βουλομένου καθῆραι, οἱ μὲν ἄλλοι παῖδες σύμψηφοι ἦσαν τῷ Νηλεῖ, ὁ δὲ Νέστωρ οὐχί. καὶ διὰ ταῦτα ἑλὼν τὴν πόλιν Ἡρακλῆς, τὸν μὲν Νηλέα, καὶ τοὺς ἄλλους παῖδας αὐτοῦ ἀπέκτεινεν. οὐ μόνον δὲ ἐφείσατο Νέστορος, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρώαν ἔχειν ἔδωκεν, καὶ Ἀθηναῖοι δὲ πανδημεὶ τοῖς Ἡρακλέους ἀπογόνοις ἀπέτισαν χάριτας. ἐπεὶ γὰρ καὶ ἐκείνων ὁ προπάτωρ εὐεργέτης ἐγένετο τοῦ Θησέως, οἱ Ἀθηναῖοι διὰ ταῦτα κατήγαγον αὐτοὺς εἰς Πελοπόννησον. καὶ Ἡρακλῆς δὲ ἀπέδωκε χάριτας τοῖς ἐν Κλεω-

ναῖς

τῶν πεντακοσίοις καὶ ἑξήκοντα. τούτοις γὰρ ἐπὶ τοῖς Μολιονίδαις συστρατεύσασιν αὐτῷ, καὶ ἀποθανοῦσιν εὖ καὶ καλῶς, ἀπέσχε τὰ ἐν Νεμέᾳ τιμὰς, ἃς ἔλαβε παρὰ τῶν Νεμέων, ὅτι τὸν ἐπιχωριάζοντα αὐτοῖς, καὶ λυμαινόμενον αὐτῶν τὰ ἔργα ἐχειρώσατο λέοντα. καὶ Μενεσθεὺς δὲ ὁ Πετεῶο περὶ τοὺς Τυνδαρίδας οὐκ ἐγένετο ἀχάριστος. ἐκβάλλοντες γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς Θησέως υἱοὺς, καὶ τὴν μητέρα Θησέως Αἴθραν αἰχμάλωτον λαβόντες, ἔδωκαν τὴν βασιλείαν τῷ Μενεσθεῖ. διὰ ταῦτα πρῶτος ὁ Μενεσθεὺς ἄνακτάς τε, καὶ σωτῆρας ὠνόμασε. καὶ Δαρεῖος δὲ ὁ Ὑστάσπου παρὰ Συλοσῶντος λαβὼν ἱμάτιον ἔτι ἰδιώτης ὢν, ὅτι ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς βασιλείας, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, τὴν Σάμου. χρύσεα χαλκείων φαίη τις ἄν.

Cleonensibus illis trecentis & sexaginta gratiam reddidit: qui quum eum aduersus Molionides adiuuissent, & fortiter honestéque cecidissent, in ipsos honorem transtulit, quem sibi Nemeenses deferebant, quum leoné in illorum regione versantem, & omniũ agros disperdentem cepisset. Ité Menestheus Petei filius non ingratum se prębuit aduersus Tyndaridas, qui eiecto Theseo, matréque eius Æthra captiua ducta, regnum Menestheo tradiderunt: quamobré primus eos Menestheus regum & saluatorũ nomine salutauit. Darius etiam Hystaspæ filius, quum adhuc in priuatis vitam degens vestem dono à Sylosonte accepisset, postquam imperij compos effectus est, remuneratus est eum, potestate patriæ Sami ei concessa: aureis ferrea, dixerit aliquis, si pretium spectes, commutans.

Oraculum pro Atheniensibus.

CAP. VI.

Quũ Lacedæmonij vellent ciuitatẽ Atheniensiũ funditus extirpare, consulto oraculo, responsum eiusmodi tulerũt: Communem aram Græciæ ne moueatis.

Κρησμὸς ὑπὲρ τῆς Ἀθηναίων.

ΚΕΦ. ϛ.

Ὅτι ἡνίκα ἐβούλοντο Λακεδαιμόνιοι τὴν Ἀθηναίων ἀφανίσαι πόλιν, ἐπηρώτησαν τὸν θεόν, καὶ ἀπεκρίνατο, τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος μὴ κινεῖν.

Quòd aliquando ne in morte quidem requiem impetrent mali: & de Pausania.

Ἑστία focus, ara.

CAP. VII.

Ergo malis ne mors quidem prodest, quoniã neque tũc possunt quiescere: Sed aut prorsus destituuntur sepultura: aut quanquam sepeliantur, tamen supremum honorem, & communem omnium corporum portum amittunt. Sic Pausaniam Lacedæmonij, quum ad Medorum partes animum deflexisset, nõ solùm fame ad mortem adegerunt, sed insuper etiam cadauer eius extra terminos eiecerũt, ut refert Epitimedes.

Ὅτι ἐοίκε μὴ μήτε ἐν θανάτῳ κακοῖς ἐξεῖν ἀναπαῦσαι, καὶ περὶ Παυσανίου.

ΚΕΦ. ζ.

Οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς, οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀπαύονται· ἀλλ' ἢ παντελῶς ἀμοιρῶσι ταφῆς, ἢ καὶ ἐὰν φθάσωσι ταφέντες, ὅμως καὶ ἐκ τῆς τελευταίας τιμῆς, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων σωμάτων ὅρμου, καὶ ἐνταῦθα ἐκπίπτουσι. Λακεδαιμόνιοι γοῦν Παυσανίαν, μηδίσαντα οὐ μόνον λιμῷ ἀπέκτειναν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ νεκρὸν, ἐξέβαλον αὐτοῦ ἐκτὸς τῶν ὅρων, φησὶν Ἐπιτιμήδης.

Περὶ μεταβολῆς τύχης.

ΚΕΦ. η.

Εἶτα τίς ἐκ οἶδε τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς ὀξυῤῥόπους, καὶ ταχείας; Λακεδαιμόνιοι γοῦν Θηβαίων ἄρξαντες, αὐτοὶ πάλιν ὑπ' ἐκείνων οὕτως ἐχειρώθησαν, ὡς τοὺς Θηβαίους μὴ μόνον εἰς Πελοπόννησον ἀφικέσθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν Εὐρώταν διαβῆναι, καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων τεμεῖν χώραν καὶ ὀλίγου, καὶ τὴν πόλιν κατέλαβον, εἰ μὴ Επαμεινώνδας ἔδεισε, μὴ Πελοποννήσιοι πάντες συμπνεύσωσι, καὶ ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀγωνίσωνται.

Διονύσιος ὁ τύραννος κατακλεισθεὶς ὑπὸ Καρχηδονίων εἰς πολιορκίαν, οὐδεμίας αὐτῷ σωτηρίας ὑποφαινομένης, αὐτὸς μὲν ἄθυμος ἦν, καὶ ὑπενενόει δρασμόν. τῶν δὲ ἑταίρων αὐτοῦ τις Ἐλλοπίδης ὄνομα προσελθὼν ἔφατο· ὦ Διονύσιε, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς. αἰδεσθεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ αἰσχ-

De fortuna vicißitudine.

CAP. VIII.

Quis verò tam stupidus est, qui instabiles & repentinas fortunæ cõmutationes ignoret? Sanè Lacedæmonij, quum Thebanorum domini essent, adeò rursus ab illis fuerunt subacti, vt Thebani non solùm in Peloponnesum peruenirent, verumetiam Eurotã trãsirent, & Lacedæmoniorum terram deuastarẽt, & propemodum ciuitatem etiam ipsam cepissent, nisi veritus esset Epaminondas, ne vniuersi Peloponnesij conspiratione facta, pro Sparta dimicarent.

Dionysius tyrannus à Carthaginensibus obsidione interceptus, quum nullam spem salutis restare videret, planè animo consternabatur, & pedũ viam meditabatur. Verùm quũ ex familiaribus quidam Ellopidas nomine diceret: O Dionysi, quàm pulchrum est tyrannis sepulturæ ornamentum: pudore

fuffusus animum recepit, & cum paucissimis multas myriades superauit, ditionémque suam ampliorem effecit.

Amyntas Macedo, quum ab accolis finitimísque Barbaris victus, regnum perdidisset, statuebat apud animũ suũ regionem etiam in vniuersum relinquere, benéque secum agi putabat, si posset saltem se viuum conseruare. Dũ hæc cogitaret, quidam ad eũ dictum Ellopidæ protulit. Itaque occupato paruo loco collectísque militibus recuperauit imperium.

Ochum Ægyptij vernacula lingua asinum appellabant, inertem eius animum, imbecillitati animalis per vituperium comparantes. Quamobrem ipse Apin, vi abstractum, immolauit asino.

Dion Hipparini filius in exilium missus à Dionysio, cum bis mille militibus eum rursus expugnauit. Ita effecit vt in quo statu ipse fuisset an-

ῥώσθη τὴν γνώμην, καὶ σὺν ὀλίγοις παμπόλλους μυριάδας κατηγωνίσατο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε.

Καὶ Ἀμύντας δὲ ὁ Μακεδὼν ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, καὶ ἀποβαλὼν τὴν ἀρχὴν, γνώμην μὲν εἶχεν ὡς καὶ ἀπολείψων τὴν χώραν τελέως, ἠγάπα γὰρ εἰ δυνηθείη διασῶσαι αὐτὸν γοῦν μόνον. ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις ἦν, ἔφατό τις πρὸς αὐτὸν τὴν Ἐλλοπίδου φωνήν. καὶ μικρὸν χωρίον καταλαβὼν, καὶ ἀθροίσας ὀλίγους στρατιώτας, ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχήν.

Ὅτι τὸν Ὦχον οἱ Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ὄνον ἐκάλουν, τὸ νωθὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης ἐκ τῆς ἀσθενείας τοῦ ζώου διαβάλλοντες, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος τὸν Ἆπιν πρὸς βίαν κατέθυσεν ὄνῳ.

Δίων ὁ Ἱππαρίνου φυγὰς ὢν ὑπὸ Διονυσίου, μετὰ δισχιλίων στρατιωτῶν αὐθις κατεπολέμησεν· καὶ ὁ πρότερον αὐτὸς ἦν,

τοῦτο ἐκεῖνον εἰργάσατο, φυγάδα.

Συρακούσιοι δὲ ἐννέα, τριήρεσι πρὸς ἑκατὸν, καὶ εἴκοσι τὰς τῶν Καρχηδονίων διαταξάμενοι, καὶ πολὺ ἐκράτησαν.

rea, in eum iam suæ calamitatis auctorem detruderet, in exiliũ videlicet.

Syracusij nouem triremibus inuadentes centum & viginti triremes Carthaginensium, longè superiores extiterunt.

Περὶ Πλάτωνος ἀτυφίας, καὶ Ἀριστοτέλους ἀχαριστίας.

ΚΕΦ. θ.

De Platonis humilitate, & Aristotelis ingratitudine.

CAP. IX.

Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἐν Ὀλυμπίᾳ συνεσκήνωσεν ἀγνῶσιν ἀνθρώποις, καὶ αὐτὸς ὢν αὐτοῖς ἀγνώς. οὕτως δὲ αὐτοὺς ἐχειρώσατο, καὶ ᾠκειώσατο τῇ συνουσίᾳ, συνεστιώμενός τε αὐτοῖς ἀφελῶς, καὶ συνδιημερεύων ἐν πᾶσιν, ὡς ὑπερησθῆναι τοὺς ξένους τῇ τοῦ ἀνδρὸς συντυχίᾳ. οὔτε δὲ Ἀκαδημίας ἐμέμνητο, οὔτε Σωκράτους. αὐτός γε μὴν τοῦτο ἐνεφάνισεν αὐτοῖς ὅτι καλεῖται Πλάτων.

ἐπεὶ δὲ ἦλθον εἰς τὰς Ἀθήνας, ὑπεδέξατο αὐτοὺς μάλα φιλοφρόνως. καὶ

Plato filius Aristonis in Olympiade cum ignotis hominibus ignotus etiam ipse contubernium instituit. Quorum animos ita tibi deuinciebat & demerebatur in conuersatione, magna cum simplicitate cum eis conuiuando, & totum diem cum illis agitando, vt peregrini gauderent sibi talem virum oblatũ esse. Sed neque Academiç, neque Socratis mentionem vllam faciebat: solũ hoc eis indicans, se Platonem appellari. Quum verò Athenas ventum esset, perhumaniter eos recepit Plato. Tum hospites: Age, mõstra nobis, inquiũt,

Platonem tibi cognominem, discipulũ Socratis. Et duc nos in Academiã, & nos homini commẽdato, vt nos quoque aliquem ex eo fructum percipiamus. At ille clã subridens, quemadmodum solebat: Ego verò, inquit, ille sum. Quod quum audissent, obstupuerunt, quòd ignorassent se tanti viri vsos familiaritate, qui sine iactantia omni & sine ostentatione secũ esset conuersatus, & specimen dedisset, quòd etiã sine consuetis philosophicis sermonibus, quorumuis beneuolentiam sibi conciliare posset.

Plato nominare solebat Aristotelem pullum. Quid autem hoc sibi nomen voluerit, ex eo liquet, quòd pullus quum saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. Significabat igitur Plato, inuoluto quodam sermone, ingratitudinẽ Aristotelis. Etenim is quũ maxima philosophiæ semina & adminicula à Platone accepisset, suffar-

οἱ ξένοι ἄγε, εἶπεν ὦ Πλάτων, ἐπίδειξον ἡμῖν, καὶ τὸν ὁμώνυμόν σου τοῦ Σωκράτους ὁμιλητήν. καὶ ἐπὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἤγησαι τὴν ἐκείνου, καὶ ἐπισύστησον τῷ ἀνδρὶ, ἵνα τι καὶ αὐτοῦ ἀπολαύσωμεν. ὁ δὲ ἠρέμα ὑπομειδιάσας, ὥσπερ οὖν καὶ εἰώθει, ἀλλ᾽ ἐγὼ, φησὶν, αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι. οἱ δὲ ἐξεπλάγησαν εἰ τὸν ἄνδρα ἔχοντες μεθ᾽ ἑαυτῶν τὸν τοιοῦτον, ἠγνόησαν ἀτύφως αὐτοῦ συγγινομένου καὶ ἀνεπιτηδεύτως αὐτοῖς, καὶ δείξαντος ὅτι δύναται καὶ ἄνευ τῶν συνήθων λόγων χειροῦσθαι τοὺς συνόντας.

Ο Πλάτων τὸν Ἀριστοτέλη ἐκάλει πῶλον. τί δὲ ἐβούλετο αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐκεῖνο; δηλονότι ὡμολόγηται, τὸν πῶλον ὅταν κορεσθῇ τοῦ μητρῴου γάλακτος, λακτίζειν τὴν μητέρα. ᾐνίττετο οὖν καὶ ὁ Πλάτων ἀχαριστίαν τινὰ τοῦ Ἀριστοτέλους. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ μέγιστα εἰς φιλοσοφίαν παρὰ Πλάτωνος λαβὼν σπέρματα, καὶ ἐφόδια, εἶτα ὑποπλησθεὶς

τῶν

τῶν ἀρίςων, καὶ ἀσθωμάσας, ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ Διατριβὴν, καὶ ἀντιπαρεξῆγεν ἐν τῷ περιπάτῳ ἑταίρους ἔχων, καὶ ὁμιλητὰς, καὶ ἐγλίχετο ἀντίπαλος εἶναι Πλάτωνι.

tus optimis quibusque recalcitratus scholá contra Platonem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus & discipulis aduersus eum pugnauit, & Platonis aduersarius esse cupiebat.

Πῶς εἶχε πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ὁ Περικλῆς.

Quo animo fuerit erga populum Atheniensem Pericles.

ΚΕΦ. ι.

CAP. X.

Εἶτα οὐ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων θεραπευτικὸς ὁ Ξανθίππου Περικλῆς, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. ὁσάκις γοῦν ἔμελλεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παριέναι, ηὔχετο μηδὲν αὐτῷ ῥῆμα ἐπιπολάσαι τοιοῦτον, ὅπερ οὖν ἔμελλεν ἐναντιωθήσεσθαι τῷ δήμῳ, προσκρούσαντος αὐτῷ γενόμενον, καὶ ἀβούλητον δόξαι.

An verò non summè populum Atheniensem colebat Pericles Xantippi filius? Ego quidem ita credo. Quotiescunque enim verba facturus in concionem prodiret, optabat vt sibi nullum eiusmodi verbum excideret, quod populum exasperare atque irritare posset: aut quod illi contrarium esset, & cum ipsius voluntate pugnare videretur.

CAP. XI.

Diogenes Socratem etiam ipsum deliciari solitum aiebat: Nimis enim fuisse curiosum in paruula sua domo, & lectulo, & crepidis, quibus aliquando solebat vti.

ΚΕΦ. ια.

Διογένης ἔλεγε, καὶ τὸν Σωκράτην αὐτὸν τρυφῆσαι. περιειργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκιδίῳ, καὶ τῷ σκιμποδίῳ, καὶ ταῖς βλαύταις δὲ, αἷς περ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἔστιν ὅτε.

De imagine Helenæ à Zeuxide picta.

CAP. XII.

Zeuxis Heracleotes quum pinxisset Helenā, magnū ex eô opere quæstum fecit. Non enim gratis neque quemuis obuium liberè ad id cōtemplandum admittebat, sed primùm oportebat certam pecuniæ summam numerare, deinde potestas videndi permittebatur. Quoniam igitur lucrum ex hac pictura faceret Heracleotes. Græci qui eo seculo viuebant, Helenam illam scortum vocabant.

ἀνέδην, ἀντὶ τοῦ ἀνέτως καὶ ἐλευθέρως, ἐπὶ τῶν ἀνίημι. *Eust.*

Περὶ Ἑλένης εἰκόνος ὑπὸ Ζεύξιδος γραφείσης.

ΚΕΦ. ιβ.

Ο Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης, ὅτε τὴν Ἑλένην ἔγραψε, πολλὰ ἐχρηματίσατο ἐκ τούτου τοῦ γράμματος. οὐ γὰρ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε, τοὺς βουλομένους † ἀνέδην εἴα ὁρᾶν αὐτὴν, ἀλλ' ἔδει ῥητὸν ἀργύριον καταβαλεῖν, εἶτα οὕτω θεάσασθαι. ὡς οὖν μίσθωμα τοῦ Ἡρακλεώτου λαμβάνοντος ὑπὲρ τῆς γραφῆς, ἐκάλουν οἱ τότε Ἕλληνες ἐκείνην τὴν Ἑλένην ἑταίραν.

Επι-

Ἐπικούρου γνώμη περὶ εὐδαιμονίας.

Epicuri sententia & felicitas.

ΚΕΦ. ιγ.

CAP. XIII.

Ἐπίκουρος ὁ Γαργήττιος ἔλεγεν, ᾧ ὀλίγον οὐκ ἱκανόν, ἀλλὰ τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. ὁ αὐτὸς ἔλεγεν ἑτοίμως ἔχειν, καὶ τῷ Διὶ περὶ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι, μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. ταῦτ' οὖν ἐννοῶν ὁ Ἐπίκουρος, τί βουλόμενος ἐπῄνει τὴν ἡδονὴν, εἰσόμεθα ἄλλοτε.

Epicurus Gargettius dicebat, Cui pauca non sufficiunt, ei nihil satis est. Ille idē dicebat, se cum Ioue etiā paratum esse de felicitate certare, si aquā haberet & offam. Quum hæc senserit Epicurus, quo animo voluptatem laudauerit aliàs sciemus.

Περὶ χρημάτων φειδοῦς καὶ φυλακῆς.

De pecuniarum parsimonia & custodia.

ΚΕΦ. ιδ.

CAP. XIV.

Πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα, κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον, εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρουσιν. ὥσπερ γὰρ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥάδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα. καὶ Ἀναξαγόρας ἐν τῷ περὶ βασιλείας φησὶ, χαλεπὸν χρήματα συναγείρασθαι, χα-

Sæpe pecuniæ, quas multo cum labore quis sigillatim per obolos vix comparserit, iuxta Archilochum, vniuersæ semel in scorti * marsupiū intestinum effunduntur. Quemadmodum enim echinum, sic etiam nummos capere facilius est, retinere verò difficile. Et Anaxagoras etiā in libro de Regno inquit, magno cū negotio pecunias cogi, sed

multo maiori opera conseruari & custodiri.

De quibusdam qui in morbo musicam & alia didicerunt, atque valetudinem bonam recuperauerunt, vel auxerunt vires.

CAP. XV.

Hieron Siciliæ tyrannus primum fuisse priuatus dicitur, & omnium hominum à musica alienissimus, ac rusticitate nihil inferior fratre Gelone. Verùm quũ aliquando in morbum incidisset, factus est literatissimus, quum otiũ, quod ei corporis imbecillitas imponebat, doctorum hominum sermonib. audiendis tribueret. Conualescens igitur ex aduersa valetudine frequenter audiebat Simonidem Ceum, Pindarum Thebanum, & Bacchylidem Iulietam. Gelon verò, indoctus homo permansit.

Doctissimum etiam Ptolemæum secundum aiunt euasisse, quũ ægrotaret. Plato affirmat Theagem nulla alia occa-

λεπτότερον ἢ φυλακὴν τούτοις ἀφειδεῖναι.

Περὶ τινῶν ἐν νόσῳ μουσικὴν, καὶ ἄλλα μεμαθηκότων, καὶ ἰσχυρῶν γεγενημένων.

ΚΕΦ. ιε.

Ἱέρωνά φασι, τὸν Σικελίας τύραννον τὰ πρῶτα ἰδιώτην εἶναι, καὶ ἀνθρώπων ἀμουσότατον, καὶ τὴν ἀγροικίαν ἀλλὰ μηδὲ κατ' ὀλίγον τοῦ ἀδελφοῦ διαφέρειν τοῦ Γέλωνος. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ συνηνέχθη νοσῆσαι, μουσικώτατος ἀνθρώπων ἐγένετο, τὴν σχολὴν τὴν ἐκ τῆς ἀρρωστίας εἰς ἀκούσματα πεπαιδευμένα καταθέμενος. ῥαισθεὶς οὖν Ἱέρων συνῆν Σιμωνίδῃ τῷ Κείῳ, καὶ Πινδάρῳ τῷ Θηβαίῳ, καὶ Βακχυλίδῃ τῷ Ἰουλιήτῃ. ὁ δὲ Γέλων ἄνθρωπος ἄμουσος.

Μουσικώτατον δὲ λέγουσι καὶ Πτολεμαῖον γενέσθαι τὸν δεύτερον, καὶ αὐτὸν νοσήσαντα. λέγει δὲ καὶ Πλάτων τὸν Θεάγην φιλοσοφῆσαι δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ

ἢ διὰ τὴν νοσοτροφίαν. εἴργουσα γὰρ αὐτὸν ἐκείνη τῶν πολιτικῶν, συνήλασεν εἰς τὸν τῆς σοφίας ἔρωτα. τίς δὲ οὐκ ἂν τοιοῦτον ἔχειν συνηύξατο καὶ Ἀλκιβιάδου νόσον, καὶ Κριτίᾳ, καὶ Παυσανίᾳ τῷ Λακεδαιμονίῳ, καὶ ἄλλοις; Ἀλκιβιάδου μὲν καὶ Κριτίᾳ, ἵνα μὴ ἀποδράντες Σωκράτους, ὁ μὲν ὑβριστὴς γένηται, καί ποτε μὲν φιλολάκων, ποτὲ δὲ βοιωτιάζῃ τὸν τρόπον, καὶ αὖ πάλιν θετταλίζῃ, καὶ τοῖς Μήδων καὶ Περσῶν ἀρέσκηται ἐν Φαρναβάζου γενόμενος. τυραννικώτατος δὲ καὶ φονικώτατος ὁ Κριτίας γενόμενος, καὶ τὴν πατρίδα ἠδίκησε πολλὰ, καὶ αὐτὸς μισούμενος, τὸν βίον κατέστρεψε.

Καὶ Στράτων δὲ ὁ Κορράγου, εἰς δέον ἔοικε νοσῆσαι. οὐ γὰρ γενναίοις ἦκεν, ἀλλὰ δὲ καὶ πλουτῶν, οὐκ ἐγυμνάζετο. καμὼν δὲ τὴν σπλῆνα, καὶ θεραπείας δεηθεὶς, τῆς ἐκ τῶν γυμνασίων, τὰ μὲν πρῶτα ὅσον ἐς τὸ ὑγιαί-

ſione philoſophiæ operã dediſſe, quàm morbi otio. Nam quum is eum à ciuilibus rebus prohiberet, compulit ad ſapientiæ ſtudium & amorem. Quis autem ſapiens non optaſſet eiuſmodi morbum Alcibiadi, Critiæ, Pauſaniæ Lacedæmonio, & reliquis? Alcibiadi & Critiæ, ne fugientes à Socrate, alter Socratem iniūria læſiſſet, & nunc Spartanorum, nūc Bœotiorum partes fouens, nonnunquam etiã Theſſalorum, Medorum, & Perſarum, adhærens Pharnabazo: Critias verò truculentiſſimus euaſiſſet, & infinitis cædibus manus ſuas polluiſſet, qui multas calamitates intulit patriæ, & vitam omnium odiis propoſitam egit.

Straton etiam filius Corrhagi, vti iter & commodè ægrotaſſe videtur: quoniam quum eſſet ex illuſtri familia oriundus, & diuitiis abundaret, non antè corporis exercitia vſurpauit, quàm ex ſplene laborare cœpit. Tunc enim quum remedium petere ex (palæſtra &

corporis exercitus oporteret, primùm quidé ad recuperandam valetudinem iis vsus est. Deindé verò quum profectus in arte non pœnitendos fecisset, & iam specimen eius daret, in ludis Olympicis, vna die vicit luctā, & pancratium: & sequéti Olympiade, & in Nemeo, & in Isthmico, & in Pythico certaminibus (similiter vicit.)

Ὀλυμπιάδι προμῶν, forte μι. aut alius Olympiadum numerus legi debet.

Democrates pugil etiam ipse, quum laborasset ex pedibus, ad certamina venit: & consistens in stadio, descripsit sibi circum, & iubebat aduersarios, vt se expellerét extra lineám. At illi quũ nequirent, victi sunt: & ipse quum benè & fortiter in statione sua perstitisset, coronam secum deportauit.

